

(1253) 1254, gener, 3

*Bernat d'Aiguaviva confirma a Pere de Fontclara la venda que li ha fet, de possessions situades a Aiguaviva i a Vilobí.*

ASD núm. 164, perg. orig., 760 x 260 mm, que conté l'escriptura present i les dues següents.

Sit notum cunctis quod ego Bemardus de Aquaiuia, mea libera et spontanea uoluntate, sine ui et praua suggestione alicuius uel dolo, per me et per omnes meos presentes et futuros laudo et concedo tibi Petro de Fonteclaro et tuis et quibus uolueritis in perpetuum totam illam empcionem quam a me fecisti de domo de Aquaiuia cum cellaria que ibi est et de manso Marie Masse et de manso Felicis de Crosa et de mansata de ipsis Falgers quam filius Bemardi Ferrarii tenet et de borda Petri Dominici et de manso Beatricis de ipsis Oliuis qui sunt in parrochia Sancti Iohannis de Aquaiuia, et de quarta parte decime omnium rerum tocus parrochie de Aquaiuia et de manso Bemardi de Podio et de manso Marchi qui sunt in parrochia Uillalbino et de quarta parte decime omnium rerum tocus parrochie de Uillalbino et de omnibus feudis tam militum quam aliorum hominum que ratione domus de Aquaiuia teneo ubicumque, scilicet tam in dicta parrochia de Aquaiuia quam in aliis locis et parrochiis et de hominibus et feminis predictorum mansorum et bordarum, et de honoribus et possessionibus ipsorum mansorum et bordarum et de omnibus censibus et agrariis et iuribus et dominiis et ceteris aliis quecumque habebam et accipiebam et habere et accipere debebam ulla ratione in omni parrochia de Aquaiuia, que omnia a me emisti precio .V. mille solidorum barchinonensium, et pro illa quantitate peccunie pro qua Saurina uxor condam Berengarii de Aquaiuia dicta omnia tenet obligata ratione dotis sue et donacionis propter nupcias quam Berengarius de Aquaiuia sibi fecit et ratione lexie quam ipse Berengarius de Aquaiuia sibi fecit in suo testamento, de quibus omnibus tu componas cum dicta Saurina ratione precii ipsius uendicionis quando uolueris, sicut melius et plenius in instrumento empcionis inde confecto continetur quod inde ratione ipsius empcionis et omnia ibi contenta et nominata cum hoc presenti publico instrumento tibi et tuis et cui uolueris in perpetuum laudo, concedo approbo et confirmo ad tuum sanum et bonum intellectum et tuorum, que quidem omnia uniuersa et singula a me tibi et tuis uendita in perpetuum accipio in mihi competens et in parte et legitima mihi debita iure nature uel ins[titucio]nis uel alio aliquo modo uel iure uel ratione mihi competenti, ratione Berengarii de Aquaiuia auunculi mei condam deffuncti et domine Ermengardis matris mee condam deffuncte ex testamentis [seu] ab intestato uel alio quocumque modo uel iure in omnibus bonis et iuribus eorum aliquod ius mihi pertinuerit. Et sic habeas omnia predicta a me tibi uendita, prout in tuo instrumento empcionis continetur, prout melius mihi pertinent ratione parentorum saltem auunculi mei Berengarii de Aquaiuia

et domine matris mee Ermengardis, ad omnes tuas tuorumque uoluntates omni tempore ibi et inde faciendas sine aliquo retentu quod ibi uel inde non facio, omnibus meis uocibus et racionibus et omnium meorum in perpetuo extinctis et penes te remanentibus, promittens omnia predicta semper rata et firma habere, atendere, complere et in perpetuum obseruare et numquam reuocare iure aliquo uel racione; et super hiis renuncio excepcioni doli et metus, et accioni in factum et restitutioni in integrum et omni alii iuri scripto uel non scripto mihi et meis competenti uel competituro. Et ut hoc totum maius robur obtineat, et amnis dubitacio inde remoueatur, proprio motu et absque aliquo imperio iuro super sancta .IIII.or Dei Euangelia corporaliter tacta omnia predicta singula et uniuersa atendere, complere et obseruare et rata et firma habere in perpetuum et numquam contrauenire uel reuocare causa aliqua uel racione.

Actum est hoc .II.(sic) nonas ianuarii anno Domini .Mec. quinquagesimo tercio.

Sig+num Bernardi de Aquaiuia, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Raimundi de Ripparia, signum Bernardi Baiuli de Uillaur, sig+num Arnalli de Talata de Aquaiuia, sig+num Bonuentre de Sancto Celedonio, testium.

(s. man.) Arnallus de Sancto Martina, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii.

La data d'aquest document no pot ser posterior a la dels dos següents.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 329-331